



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 53. Vitaliani Vicecomitis Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVI. Ludovicus Bertrandus Ord. FF. Prae-  
A. C. 1671. dicatorum, & Rosa Limana de S. Ma-  
ria tertii Ordinis S. Dominici; Solus  
autem B. Rosæ decretum Canonisatio-  
nis Pontifex hoc anno die duodecima  
Aprilis expedivit, a triginta quinque  
Cardinalibus subscriptum, illud vero  
S. Cajetani primum Innocentius XII.  
die 25. Julii Anno 1691. promulgavit.  
Eodem anno die decima Junii Pontifex  
Ecclesiis Theatinorum concessit indul-  
gentiam plenariam in die festo S. Caje-  
tani, & aliam in festo S. Francisci Bot-  
giæ, & S. Philippi Benitii.

## §. LIII.

*Vitaliani Vicecomitis Cardinalis  
obitus.*

*Ciacon. in  
vita Ale-  
xand. VII.  
tom. 4.  
Eggs Purp.  
doct. l. 6.  
pag. 484.*

Hoc item anno sacrum Purpurato-  
rum Collegium Vitaliani Viceco-  
mitis mortem luxerat. Hic nobilissimo  
genere Europæ Principibus affine Me-  
diolani natus, non modo Majorum  
splendore, sed potius proprii men-  
gloria illustris, solida pietate ac er-  
ditione vastissima tam celebre sibi  
men comparabat, ut vix sacræ militie  
adscriptus, jam regendis Ecclesiastice  
ditionis Provinciis ac urbibus præfe-  
retur, magno rerum incremento, &  
populorum utilitate. Postea Alex. VII.

jussu in Hispaniam ad Regias fascias Sæc. XVII.  
 neo-nato Filio deferendas missus, Phi- A.C. 1671.  
 lippi Regis ac Reginæ animos tam arcte  
 fibi devinciebat, ut ab utroque in Nun-  
 tium Apostolicum expetitus, atque  
 Ephesinus Archiepiscopus renuntiatus  
 Iberum Provinciam regeret. Attamen  
 obtenta Purpura ad Archiepiscopalem  
 Ecclesiam Montis Regalis vocatus, vix  
 uno sacri Regiminis anno expleto die  
 septima Mensis Septembris decepit,  
 annos natus quinquaginta quatuor.

### §. LIV.

#### *Synodi Monasteriensis Decreta.*

Denuo Christophorus Bernardus Mo-  
 nasteriensis Episcopus, quamvis Concil. Ger-  
man. t. 10.  
 componendis Coloniensium dissidiis plu-  
 rimum distentus esset, bis tamen hoc  
 anno die decima Martii & decima tertia  
 Octobris Synodum Diæcesanam ha-  
 buit, in quibus Clericos suos ad mo-  
 rum honestatem servide adhortatus,  
 Confessariis & Concionatoribus injun-  
 xit, ut in pravam jurandi, blasphem-  
 mandi, & imprecandi consuetudinem  
 vanamque observantiam, & supersti-  
 tionem acriter invehementur, eamque  
 extirpare satagerent. Præcepit etiam,  
 ut ad erudiendam juventutem Scholæ  
 ubique conservarentur, & pro ampli-  
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Qq tudine